

Iani Novák  
poetae Moravi

Iani Novák

poetae Moravi

versus selecti

Collectanea  
in occasione Seminarii Brunensis  
a. D. 1995<sup>o</sup> Brunae  
in Instituto Studiorum Classicorum Facultatis Philosophicae  
Universitatis Masarykianae  
a Petro Peňáz edita

*Natus usi dictumst. Veneris cum mensis Aprilis  
octavum coepit iam reservare diem,  
spes magis ai – factor – iam sollicitudo parentum,  
quorum sub cura crescere dulce fuit.  
Martini, Copland atque alii clarique magistri  
me docuere artem, quos meminisse iuvavi.  
Exsul post partam rapam terras peragrabam  
uxorem, natas, per loca multa iratens.  
Gaudiaque et multis – sic sors humana – dolores  
perpessi, tamen ut victimas. Hoc sauis est.*

## Ludicra

plena luna  
*amico iosepho berg musicu praestantissimo*

in plenilunio  
cano  
etiam canis canit  
in plenilunio  
in plenilunio  
canimus ego atque canis  
canis et tu in plenilunio?  
io!  
unio mei atque canis  
in plenilunio!  
et lurida luna  
lustrat  
lumine lugubri  
lustra luparum  
dum  
canis ululat  
et ulula canit  
et ego cano  
et canis canit  
et ulula ululat

ululamus  
ad lunam lupatam  
ad lupam lunatam  
o lu lu  
o lu lu  
in plenilunio  
o lulu  
puella bella  
bellua bellula  
in cella  
ubi lubet luctari  
in ludo amoroso  
in ludo mammoso  
in plenilunio

ai ai a  
aeaea in insula  
munivit se herba moly  
sedet in gramine molli  
ai ai a  
aeaea in insula  
pisciculos tutus capiat  
neque bellam circen spectat  
ai ai a  
aeaea in insula  
ni fecisset ita spurcum  
pro patrone haberemus porcum  
ai ai a  
aeaea in insula

cantilena aeacae  
*pronuntiationis „mediae“ amatoribus*

sirenae dulce cantabant  
et sibyllae sibilabant  
ai ai a  
aeaea in insula  
circulos circe ducebatur  
ciceronem circinabat  
ai ai a  
aeaea in insula  
ciceronem cincinnatum  
qui ibi ibat piscatum  
ai ai a  
aeaea in insula  
cave bone cicero  
porcum ex te finxero  
ai ai a  
aeaea in insula  
audita re inaudita  
cicero dixit non ita

oratio philippica  
*in fi! lippum inimicum*

di te perdant  
et commandingant  
latrator impudissime  
trifurcifer spurcissime  
amoenitas porcorum  
festivitas luporum  
margarita latiriarum  
flos et sidus cloacarum  
decus sterquilini  
signifer flagitii  
lumen stultiae  
culmen nequiae  
et cetera  
et cetera  
quae ex tua cucurbita  
sunt nata atque prodita  
hae merdas meras redolent  
comparis tuos oblectent

ad tuum garritum  
ad tuum grunatum  
hoc est responsum turum:  
per nasum tibi oculum  
emunge (audi) plautulum)  
et mihi linge cultum

umbellata  
abit per prata

per hoc unum benefactum  
quamquam in somnio peractum  
spero benignum fore  
ex maximi iudicis ore  
ultimum profatum

### Somnium

*numinibus pacanis*

nassiterne caelestes  
aqua devonunt pluentes  
et ego solus in via  
cum nigra umbella mea  
ex longinquo vadit femina  
venusta facie splendida  
zona est caerulea  
quam actum cognovi  
et cognitam salutavi

(novi eam a pueris  
— est mihi memoria dulcis —  
cuius imagine colorata  
paries erat ornata  
nostri cubiculi)  
ave ave maria  
quoniam in hac pluvia?

lapurdum fili proprio  
ut appaream populo  
rogavi divinam pueram  
ut sumeret meam umbellam  
ad imbreu arcedum  
ad caput tegendum  
fecit grata  
et mi dulce arridens

### Somnium

*hendecasyllabis expressum*

caelestes en aquam usque nassiterne  
noctem iam vomitant dienque totum  
umbella bene tecus ambulatum  
incedo nihil imbris morandus.  
qua sit, quam video obviam mihi ire?  
splendentem faciem, stolidam albicanem,  
zonam caeruleam, manum, saturam  
contemplor, dominamque virgininemque  
cognosco (puer intuebar olim  
antiquam eius imaginem decoram  
pendentemque super cubile matris)  
prono corpore profero salutem:  
„salve, sancta parens, ave, maria!  
quoniam, quo?“ modo curiosus inquam  
„imbrem nil metuis nihilque venum?“  
„praesentatum ego me hinc eo lapurdum“  
respondebat mihi melle vocis aures  
implens. En stupefactus illico asto  
umbellamque meam offero atque dextra  
divinae cito porrigo pueriae.  
arridet mihi dulce perque prata  
umbellataque pergit ire grata.  
caelestes simulae pluant aquas et  
solus vado iterum nihilque curo,

nil umbella opus est mihi, sit imber  
qualscumque, animo atque corde laetor.  
in somnis benefactum hoc est peractum,  
at spero tamen esse profuturum  
mi perquam misero nimisque egeno,  
cum pensaverit ultimus bonusque  
index in trutina meos amores

reboant litora  
pluit in insula

Absconditus  
sub papillae umbella  
sub puellae pupilla  
auscultula  
quomodo personet  
pluvia symphonia.

## Suaviloquia

ionici quibus ver salvere iubetur  
Veniet ver violarum varia veste venustum  
valide viva exilla vibrans, ver violens  
virginibus, vestra voluptas.  
  
Veniet ver veniet, vivificans vos veluti  
verbere virgæ, virides visite valles, veteres  
verritate vepres: veniet ver.

Veniet ver: vigilare et Venerem versicolorēm  
vellementer venerantes valida voce vicissim  
vocitate: eia, ave ver!

pluviae  
Pluit:  
tinxius pluientes  
pluviae timientes  
prostrepunt nemora

## Anna perenna

Amo Annam  
ut dixi iam  
sed nondum habeo hanc rem certam  
sciatne Anna anne Anna nesciat  
me amare eam  
ab talis usque ad comam  
nec me nosse aliam  
tam bella tamque lepidam  
et velle me totam  
et corpus atque animam.

Obsecro amoris deam  
flagito deam auream:  
O Venus  
protensus  
fac mihi eius copiam  
faciem vide sis meam  
afflictam atque pallidam  
fac ut denuo viream  
noli me perdere misere  
sed benignitas tua efficiat  
ut mihi commode  
annare perennareque liceat.

basis basianda

Laudo crura meae pueræ  
laudo crura capreæ tenellæ:  
O columnas proceras,  
caules floris odorati,  
o furculam delicatam,  
sub qua volup est pati!  
Laudo et vos,  
nidula poplitum  
basis dulcibus implenda,  
meimelia geniculorum  
palnis mulcentibus tegenda,  
talos et tereticulos,  
quibus ludere,  
quos disicere ut queam assidue,  
deas oro et deos.  
Quando mihi venietis,  
o crura bella  
dulcissima coniuncta fibula?

### suaviloquia

Has blandas voculas  
susurro meae pueræ  
amore iam penetrante  
in cordis medullas:  
O mea bella bellula  
mea anima animula  
vita vitula  
mellita mellitula  
amabilis amicula  
(iam deme de te amicula!)  
gemella gemmea mea gemmula

(michi perpetuo pullula!)

mea garnula margarinula  
mea hilaris hirundula  
mea cervula protervula  
mea pila papillula  
mea pulpa palpata  
mea oculata stellula  
mea credula acredula  
mea fidula fidula  
mea pellicens pellicula  
mea carnalis voluptatula  
mea animalis deliciola  
item  
cordis piratula  
amoris doctricula  
cupidinis cultricula  
corporis salvaticula  
basiorum iaculatrixcula  
dearum sororcula  
item  
meus gallinaceus pullus  
meus pruhus ocellus  
meus bipedalis sciurus  
meus lepidus lepusculus  
item  
o neum  
verculum  
corculum  
osculum  
caelulum  
vinulum  
iuseulum  
scortulum  
melculum  
fragulum  
pirulum  
bonulum  
magnulum

item  
o mi pulchelle  
ocelle  
mi foscule  
lectule  
nidule  
vidule  
titule  
tunule  
item  
o mea Venus venustula  
mea Delia delicatula  
mea proserpens Proserpinula  
mea Musa muscula  
mea Sappho sapientula  
mea Galla galilimula  
mea Flora floridula  
Aurora roridula  
Amaryllis amarula  
mea Anna an nulla  
et altera tantula  
et alia talia.

### Iitaniae

O corbis venustatum  
o vas voluptatum  
nasierna gratiarum  
sedes sancta Musarum  
patina belliorum  
poculum amoris liquorum:  
ante ianuam tuam sto  
at iamnam tuam pulso  
et ianuam tuam verbero  
et ianuam tuam arieto:

subter cilia tua intromitte me  
inter labia tua intromitte me

in cortem dentum intromitte me  
in nidum luscinarum intromitte me  
in dives montium intromitte me  
in tentoria Cupidium intromitte me  
ad astra summittatum intromitte me  
in densa silvarum intromitte me  
in lucum luxuriarum intromitte me  
inter marmora columnarum intromitte me  
inter roscida sulcorum intromitte me  
inter rosaria deliciarum intromitte me  
inter odores cinnamami intromitte me  
in spumas marinas intromitte me  
in molas triticeas intromitte me  
in ah... intromitte me  
intromitte me intromitte me!

### pherecratei de fine versificandi

Exegi monumentum hoc  
(ignoscas mihi, Horati!)  
nugatorium ineptum  
et fortasse et iniquum  
annales quoque versus  
(factos Annae ad honorem)  
lascivos et amores.  
Factumst. Non pudent horum,  
verum iam satis est nunc.  
Nonnulli tamen insunt  
missus, quos ego nolim.  
melita ut legit Anna  
caste mi veneranda.  
Qua re, candide lector,  
noli ostendere, amabo,  
Annae carmina nostra!  
Si autem feceris istud,  
nigreseat tibi — scis quid!

## alii versus

Furens tympanotriba  
(vv. 14-25, 68-86)

Factum est ecce diem ante ter quaternum  
Septembres — niger est dies — Kalendas:  
ut fures bene nocte se legentes  
cum satellitibus suis in armis  
turba barbara turpis et ferox et  
saeva sordida milium rubrorum  
invasit patriam meam quietam,  
abundant ubi aquis amoena prata,  
veris flos ubi floret atque vernal,  
in saxis ubi pinus et susurrat,  
terram mellifluam diisque grataam,  
invasit spoliavit occupavit.

Nunc pauper fugitus et vagans, nunc  
exspes et patria domoque ego exsul  
vocem tollo nimis dolore fractam  
et raucam nimis atque exasperatam,  
vocem tollo tamen furenter atque  
tundo tympana turturesque turbo,  
tundo tympana, torpet et manus iam,  
usque at tympana tundo ego tonanter  
crebris verberibus ciens severos  
versus verbaque veritatem amaram:  
o gentes, populi, cavete, et omnes,  
qui ius fasque fragrans opusque pacis  
vitam liberam amatiss atque rectam  
percauti sitis, et cavete rursum:  
per terras, maria, arduosque caelos  
ambit Russa manus, manus cruenta,  
pestiem, perniciem serens ubique,  
ambit continuoque et appropinquat:  
proximus partes videite iam ardet!

## Canticum sonorum XII

Nox erat, somnos strepitus fugarunt:  
surge, o cives, oculis videte:  
hospties venere, vehunctque pacem  
in cataphractis.

incipitas cernis apum coronas  
de favo dulci nimium timentes,  
cum rapax et mellivorax adest fur  
perditor Ursus.

iam tuas calces utinam viderem  
se auferentes hinc tua et, Urse, terga  
versa, et ardentes oculos, at illos  
postiores.